



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Leodegarivs Ep. M. 2. Octobris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

542      *Vitæ Sanctorum.*      2. OCT.  
mortis spolia ultrò abjecit, & in Societatem IESV (cui universæ deinde præfuit) se abdidit, dicere abhinc solitus, tum vivere se cœpisse, cum desisset Isabella. Corpus tam dure habuit, ut duplificari jam & indumenta & cutis possent. Ad Purpuram non semel oblatam tam erubuit, ut alii ad hujus repulsam solent. MARIAE, quam D. Lucas depinxit, effigiem primus æri incisam spargi per omnem orbem curavit. Hanc cum aspiciebat, *Mibi ajebat, Virgo bonus gestat, mihi lac MATERIS, mihi FILII bullit sanguis.* In vitam suam inquisivit horis singulis, reum ad Sacerdotis pedes bis quotidiè se egit, quin neque voce neque literis alium le quām Franciscum peccatorem prætulit. Sed talem peccatorem anno M. DC. XXIV. Urbanus VIII, Pont. Beatum dixit. *Ex vitâ.*

S. LEO DE GARIVS EP. M.  
2. Octobris.

**N**emo pulchrius in hostem sum, quam Pont. Augustodunensis LEO DE GARIVS movit, ut qui huic cum sacris è templo signis obvius ivit, vitoriam ratus sub his vinci. Captus itaque tune demum Christianâ se libertate potum credidit. Carcerum tenebris abditus igne è cælo misso resplenduit. Oculis orbatus primum Martyrem

3. OCT. *Vitæ Sanctorum.* 543  
rem se esse vidit. Nudipes per testas &  
aspera faxorum fragmina jussus ambu-  
lare, currere etiam ad tam optatam  
metam gestiit. Labiis & lingua multa-  
tus, sine labiis tamen & lingua facun-  
dus ad concionem dixit. Cæsus deni-  
que securi in novos animos surrexit,  
horamque totam vicit post mortem  
stetit, nec nisi à spiculatore impulsum  
cecidit. At non tam felici morte cædis  
auctores defuncti sunt. Nam & carni-  
fex, de quo dixeramus, à malo genio  
correptus in vindices flammæ se ipsum  
immissit, mox in maiores alias mitten-  
dus; &, qui cædem imperaverat, Ebroi-  
nus Regiæ aulæ præfectus, gladio, quem  
in innocentem strinxerat, ipse nocens  
occubuit; & demum, qui tumulum  
martyris impiè calcavit, Divumq; sine  
miraculis injurioso compellavit, in ipso  
vestigio, moriendo mendacem se fassus  
est, & iam miracula patrare LEODE-  
GARIVM si non aliis, certè sibi cre-  
dit. Ex Sur.

S. IOANNES CHVZ VBITA  
CON F. 3. Octobris.

NON aliud altius in hostem infer-  
num vulnus descendit, quam quod  
à demissi animi dextrâ venit. Miserae  
ad IOANNEM CHVZ VBITAM Ana-  
choreten alter Anachoretes Ananias  
nescio quem à malo genio insessum.

M m 4 Hunc